patet. Primo ex illo .j. Thessal. v. In oibus gratias agite. Ratione sic. Ois
effectus naturaliter ad suã causam ꝯuertit. manifestũ est aũt ꝙ omnis bene-
factor in q̃tũ hmõi est causa bñficiati ⁊ iõ naturalis ordo req̃rit vt ille q̇ su-
scepit bñficiũ p̈ gr̃az recõpensatõz. conuertat ad bñfactorẽ. bñfactori aũt in-
q̃ntum hmõi debet̃ honor ⁊ reuerentia. eo ꝙ hз rationẽ ꝑncipij. Vñ Aug. ꝯ
iulianũ. Cum n̄ ad suũ actorem referũt̃ bona hoc ipso ipsi male vtentes effi-
ciunt̃ iniusti. ⁊ iõ beata virgo ꝯueniẽt̃ fecit conuerti ad eũ gr̃as ei referen
do. de bñficijs susceptis. Secũda ꝯcl'o. Beneficiat⁹ melius facit statim gr̃as
benefactori agendo ꝙ differendo. Patз ꝯclusio ꝑmo ex illo Bern. sup Can.
Disce in referendo gr̃as n̄ esse tardus aut segnis. disce ad singula dona gr̃as
agere diligent̃. Ratione sic ꝓbat̃. qꝛ q̃ntum aliq̃d bonũ fit ex maiori feruore. tã
to est laudabili⁹. sed ex maiori feruore videt̃ ꝓcedere ꝙ hõ nullas moras ad-
hibeat in faciendo q̃d debet. ḡ laudabilius est ꝙ hõ statim gr̃as reddat. ⁊ ita
fecit beata virgo audita exaltatõe sua. in canticũ ꝓrupit gr̃az actõis. Ter
cia ꝯclusio. ꝙ licet caritas sit radix meriti. humilitas tñ inẽ alias virtutes fu
it dispositiua ad ꝯceptõz filij dei ⁊ ad exaltatõz spũalez. iuxta illud Qui se hu
miliat exaltabit̃. non qꝛ ipsa sola mereat̃ sed qꝛ ei⁹ est ꝓpriũ ꝯtemnere sublimi
tatem terrenã. Vñ Bern. in ſmone de incarnatõe dñi Inter gr̃as beate vir
ginis magna ẽ humilitas ⁊ mansuetudo. ⁊ sicut elatio mater ẽ ꝑsumptõis. sic
humilitas mansuetudinis. Nec in solo q̃dem silẽtio cõmendat̃ ei⁹ hũilitas.
sed resonat in ſmone. audierat ei Q̃d nascet̃ ex te sanctũ vocabit̃ filius dei.
nihil respondit se esse nisi ancillã. Item mirabat̃ elizabet ꝑsonam beate vir-
ginis venientis ad se. Vñ inq̇t. Unde hoc mihi vt veniat mat̃ dñi ad me. cõ-
mendabat salutantis vocẽ. beatificat fidem. sed deuota hũilitas nihil reputa-
bat sibi. in deũ oĩa bñficia q̃ in ea laudabant̃ referebat. Tu inq̇t magnificas
m̃rez dñi. sed magnificat aĩa mea dñm. Voce mea ꝓhibes exultasse infant eз
in gaudio. sз exultauit spũs meus in deo salutari meo. Et iõ sapient̃ ⁊ ꝯuem-
ent̃ beata virgo inq̇t. Quia respexit de⁹ humilitatẽ ancille sue. ecce em̃ ex hoc
beatã me dicent om̃s generatõs. Bern. Generatõs vtiqз celi ⁊ terre. omnes
angeli ⁊ om̃s electi. angelicaꝝ namqз generatõm numerus ꝑ gemitũ meũ re-
integrabit̃. ⁊ hoĩm generatio in adam maledicta ꝑ bñdictũ fructum ventris
mei ad et̃nam bñdictõз regenerabit̃. Merito ḡ te dñam beatã dicent oẽs ge
neratões. qꝛ oĩbus generatõibus verã ⁊ et̃nam beatitudinẽ genuisti Ad ra
tiones in oppositũ. Ad ꝑmam respondet̃. negando ꝯseq̃ntiã. Ad dictũ Sene
ce dicendũ. Seneca loq̃tur qñ donũ est exhibendũ. tunc ei expectari dз tẽpus
q̊ recõpensatio sit bñfactori optima. Ad secundam patet r̃nsio ex dictis in
tertia ꝯcl'one. Ad tertiã r̃ndet̃. negando ꝯseq̃ntiã. ⁊ ad dictũ apostoli r̃ndet̃
ꝙ cantica spũalia pñt dici n̄ solũ ea q̃ interi⁹ canunt̃ in spũ. sed etiã ea q̃ exte
rius ore cantant̃. inq̃ntũ ꝑ hmõi cantica spũalis deuotio ꝓuocatur.

## In festo beate marie magdalene. Est euangelium. In illo

tꝑe. Rogabat ihm q̇dam ⁊c̃. Luce. vij. Circa q̃d pñt disputari sequẽtes q̃sti-
ones. Primo. Utrum ista mulier de qua hic in euangelio fit mẽtio fuerit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-179/0642
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG